



**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egrae, 1689

Problema XXXIII. Cur in medio inventus Jesus? Dominica I. Post Epiphaniam. Invenerunt illum in medio Doctorum. Luc. 2. v. 46.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)



PROBLEMA XXXIII.

Cur in medio inventus JESUS?

**DOMINICA I. POST EPI-
PHANIAM.**

*In-venerunt illum in medio Doctorum.
Luc. 2. v. 46.*

S I.
Jesu sem-
per in me-
dio.



Aceat nunc Roma-
Papyrium Prætex-
tatum adhuc ex e-
phebis nondum e-
gressum & tamen
jam inter Roma-
nos Senatores conspicuum: de quo
A. Gellius libro 1. cap. 23. Taceat Æ-
gyptus Adolescentem Joseph, me-
dium inter Satrapas, fortunatissi-
mum somniorum interpretem:
Genesis cap. 41. Taceat Judæa pue-
rum Danielē, medium inter po-
puli seniores, pro innocentis &
morientis Susannæ vita ac libertate
nervosè perorantem: Danielis cap.
13. Taceat Israël Salomonem, ætatis
anno duodecimo postulantem à Deo
sapientiam, inauditamque impe-
trantem: Libro 3. Regum cap. 3. Hos
inquam aliósque taceat mundus;
at JEsum loquatur, laudet, & de-
prædicet, anno ætatis duodecimo
medium inter Doctores considen-
tem, & ad stuporem omnium eis

sapientissimas quæstiones propo-
nen tem, & ad eorum responden-
tem. Bene de venturo Messia vati-
cinatus est Propheta Regius Psal. 83.
operatus est salutem in medio terræ. in
medio inquam: utpote qui princi-
paliora salutis nostræ opera, alios
inter, medius operatus reperitur.
Nascitur in medio: *cum medium si-
lentium tenerent omnia: in medio du-
orum animalium cognosceris,* inquit
Habac. 3. Cū primū in templum
illatus est puer JEsus, præsago de
illo ore & spiritu cecinit David. Psal.
47. *suscepimus DEUS misericordiam
tuam in medio templi tui.* Ubi ætatis
annum attigit duodecimum, à mæ-
stis perditus, & quæsitus parenti-
bus, in templo in medio Doctorum
invenitur. Munus Prædicatoris o-
biens stat medius: *Medius autem
vestrum stetit,* inquit Joann: 1. Ad
Salutis humanæ consummationem
properans, crucem bajulans, & in

ea

ea pendens, medius inter latrones ducitur & moritur. Cruciferunt eum, Ecum eo duos alios hinc & hinc, medium autem JESUM. Joann. 19. A mortuis resurgens, tristibus affuturus solatio discipulis: stetit in medio illorum Joann. 20. pacem appre- cans. Ubi denique gloriosus in cœlum abiit, sed itque ad dexteram Patris, visus est Apocalypticæ aquilæ c. i. v. 20. in medio septem candelabrum aureorum. Cur autem Jesus tenuerit medium, sequens evoluet Concio.

§ 1.
Jesus tenet
medium,
quia &
quis est
omnibus.

Causam assignat S. Bernardus sequentem: quam dudum ante extulit Tertullianus Lib. advers. Judæos. cap. 7. quod æquus sit in omnes nullique propinquus magis. Non Regis apud illum major gratia, non barbari alicujus imperiosa letitia, non dignitatum aut natalium cuiusquam discreta merita: omnibus æqualis, omnibus Rex, omnibus DEUS, & Dominus est. ita Tertullianus. Et S. Bernardus in supra allegata verba: suscepimus DEUS misericordiam tuam &c. In medio templi misericordia est, non in angulo, aut diuersorio, quia non est acceptio personarum apud Dominum, in communi posita est, offeretur omnibus, & nemo illius expers, nisi qui renuit. Nimurum sic se habet Jesus, ut hic sol asperabilis, qui, ut scitè advertit Sanctus Ambrosius Lib. 4. Hexamer. c. 6. à nullo distat, nulli præsentior, nulli absentior est. Quod in Christo Jesus, hoc & in Deo

notat Divus Augustinus in psal. 45. in illa Psalmistæ verba: DEUS in medio ejus. Quid, inquit, est DEUS in medio ejus? hoc significat: æquus est omnibus DEUS, & personas non accipit: quomodo enim illud, quod in medio est, paria habet spatia ad omnes fines; ita DEUS esse dicitur æqualiter omnibus consulens. In exemplum eorum, qui favente Numine, ut præsint alijs, electi sunt, ut & ipsi sint in medio eorum, quibus præsunt hoc est, æquales in omnes, æquè dissiti, æquè propinqui, omnibus æquâ manu beneficia sua favorésque distribuentes, non in unum aliquem profusè cogentes omnia, & alios siccо alveo destituentes, quod est contra boni Principis, ipsámque donorum naturam. De quibus extat illud Regis Theodorici L. 3. epist. 29. apud Cassiodorum: hoc sunt regia dona, quod semina, sparsa in segetem coalescunt, in unum coadū depereunt.

Aliam cur Dominus in medio steterit, & cur in medio Doctorum sedens inventus JESUS, causam assignat Didacus Nislenus Periochâ 3. Dominicæ in albis. voluit, inquit, nos eo facto Divinus Preceptor doce re modum, quem in omnibus nostris operibus servare debeamus medium, scilicet seu discretionem, sinè qua nulla virtus. Virtus (unde Creaturæ sua laus) generatim loquendo, significat cujusque creaturæ vigorem, & bonam dispositionem, à quo vi gore & dispositione quævis res bo-

§ 3.
Alia causa
cur in me-
dio Jesus
ut disre-
tationem
nos doce-
ret, sinè
qua nulla
est virtus.

A a 3

na &

na & perfecta denominatur. Ita definit Aristoteles Lib. 2. Ethicorum c. 6. *Virtus est, quae bonum facit habentem, & opus ejus bonum reddit.* Sic virtus v. g. oculi, est interior vigor, & dispositio, clarè & constanter videndi; Equi, promptitudo currendi, aut sessorem portandi ab his namque oculus, aut equus dicuntur boni: Humana proinde virtus, seu hominis, est ille vigor, & dispositio, propter quæ homo, & ejus operatio dicitur bona ita, ut unum, idémque sit esse bonum, & esse virtuosum. Et quia homo secundum animam rationalem duplicità pollet facultate operandi; Intellectus scilicet & Voluntatis, sunt etiam duplices hominis virtutes; Voluntatis nempe & Intellectus; quæ virtutes singulas perficiant Potentias v. g. Intellectum, Sapientia, & Scientia, de quibus Aristoteles Lib. 6. Ethicorum cap. 7. Aliæ voluntatis, seu morales, quæ propriè sunt virtutes, quia propriè hominem bonum reddunt. Tales sunt Justitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia, quæ Cardinales dicuntur, sic dictæ: quia omnes aliæ morales, putat Vigilantia, Patientia, &c. ad eas revocantur & illis subordinantur.

§ 4.
Omnis vir-
tus in me-
dio.

Jam verò omnes virtutes morales, vi quarum homo bonus, laude & merito dignus, apud Deum & homines efficitur, in medio constant, seu discretione, ita ut sine hoc medio, non virtutes, sed vitia sint, ut supra memoratus Aristoteles cla-

rè docet. Cui concordat Severus Boëtius Lib. 4. de persona Christi, tomo 2. omnis, inquit, *virtus in me-
dio rerum decoro locata consitit, si-
quidem ultra vel infra, quam opor-
tuerit, fiat, à virtute disceditur, me-
dium igitur virtus tenet.* Verbi gratia, qui facile omnia metuit, nil ag-
gredi audet, timidus est; contrà ve-
rò qui audet omnia, quidvis sine
discrimine aggreditur, estò ultra vi-
res, pro audace habetur. Medius
horum, qui cum discretione agenda
aggreditur, confidit, sed & metuit,
quando & ubi oportet, fortis est &c.
Unde saepius memoratus Aristoteles
concludit: quia medium tangere
difficile est, multò plura dari vitia,
quam virtutes. *Curare ergo pru-
denter debemus* (monet Didacus Ni-
fenus) *ut discretionem in omni casu
teneamus, sic, ut nec plus aequo, nec
minus debito faciamus, quia par in ut-
roque periculum est.*

Expendit S. Chrysostomus id;
quod Petro, in qua nocte ultimò
cum discipulis Christus cœnavit,
accidit. Hoc tempore exemplum
humilitatis datus nobis, Discipulis
suis pedes lavit, cum ad Petrum or-
dine venisset, videretque Regem
Regum, pedibus accidere, attonitus
exclamat: *Domine tu mihi lavas
pedes? non lavabis mihi pedes in ater-
num!* Joan. 13. v. 6. & 8. comminatur
illi Christus, ni admittat officium: *si
non la vero te, non habebis partem me-
cum.* Territus hac Domini com-

mina-

minatione Petrus: *Domine, inquit, non tantum pedes, sed et caput, et manus* &c. ibid. v. 9. Quae verba expendens D. Chrysostomus: *in recusando, ait, vehementer Petrus, in permittendo vehementior.* Notandum (sunt verba Didaci Nisseni) quod Petrus, tamen amor illum non nihil excusat, bis peccavit, et cum lavari recusavit, et cum id obsequij à Christo admittere voluit, primo cum pedes Christo, quos petebat, negavit; tum post hec, quod majorem partem, quam Christo constitutum ac lubitum, lavaricupijt. Quid porrò agat Petrus, ut virtuosè agat? medium & discretionem servare debuisset. *Omnium ciborum sal salubre condimentum est, si mensura non desit*, inquit Petrus Chrysologus serm. 125. alioquin sine modo, et ipsum perit. amaricat enim nimetas, qua poterat condire mensura.

§ 5.
Sal dicuntur Apo-
stoli, ut fercent, &
doceant discretio-
nem in omnibus.
Et hoc est, quod Christus ad discipulos suos, quos non tantum Apostolos, sed exempla insuper omnigenarum virtutum, orbi Christiano constituit, dixerit Matth. 6. *Vos effis sal terræ, hoc pacto indica- turus: quomodo ijs, in omnibus aetionibus, ut eæ essent virtuosæ, medium servandum sit.* Pulchra virtus, Deo grata, homini per necessaria, est mortificatio, ut quis rebellem carnem domet, & impuro Almodao fræna injiciat, & svadet utrumque cœlestis Magister Marci v. 29. causam assignans. *Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi in ora-*

tione et jejunio. At si quis immo- deratà nimium inediâ & oratione, se tantum non examinaret, ac præsenti periculo mortis exponeret; is meritum virtutis perderet, & mor- tificatio ipsius non amplius virtus, sed vitium esset. Ad carnis virtuo- sam emacerationem invitans Christus ait: *Luc. 9. v. 23 si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* *Adverte diligenter verba hujus dicti* (monet Galfridus L. 1. Epist. 13.) *quod generatim omnibus Christianis proponit; quicunque ita sequi illum volunt ut assequantur; bajulare qui- dem Christus crucem jubet, non que- rere sepulturam.* *Pius Dominus est.* (loquitur citatus Didacus Abbas) *idcirco non vult, ut sui gratia consti- scant sibi necem, quos habet ab obse- quijs, sed ut ad regulam discretionis ita exigant sua opera penitentiae, ne justam normam excedant.* *Medium tenere via beatitudinis est.*

Pulchra virtus est, & creberri- mè in scripturis recommendata, ut homo in quavis corporis animæque constitutus necessitate, spem suam ponat in Domino, id quod svadet psal. 54. v. 23. David: *jaða super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet.* Sed medium tenendum; si quis enim epulari vellet quotidie splendidè, laborare parum, aut nihil pensi habere, quid ipse, quid sui in crastinum sint habituri, jaðans illud, sed sensu longè alio, quam in

§ 6.
Virtus, quomodo non vir- tus, nisi in medio, exemplis demoni- stratur.

DEum projectus ab utero David :
 psal. 39. v. 18. *Dominus sollicitus est mei.* Non virtuosa confidentia, sed
 vitiosa præfidentia foret; metueré-
 que posset talis, nè ipsi accidat,
 quod cuidam Eremitæ accidisse scri-
 bit Cassianus Collat. 2. c. 6. Paverat
 hunc aliquo tempore miraculosè
 DEus, submissò per angelum cibo,
 qui postmodum præfidebat, nec
 curam ullam quid comedere ha-
 bens, imò nec aliud, nisi quod ab
 angelo allatum esset, manducare
 volens, hac suâ præfidentiâ, inediâ
 mortuus est. Audi quid Scriptura
 dicat Gen. 2. v. 15. *Posuit Dominus
 DEUS hominem in paradiſo.* Sed
 quo fine? fors ut die totâ spaciaretur?
 minimè, sed ut operaretur.
 Si DEus hoc jam tum in statu Inno-
 centiæ petijt ab homine, ut labore
 manuum suarum viëtum mereretur
 sibi, quantò amplius id requiret ab
 homine post peccatum? *in sudore
 vultûs tui vesceris pane.* Gen. 3. v.
 19. Sed nec nasutus quispiam mihi
 oggerat illud Christi, Matth. 6. v.
 34. *nolite solliciti esse in crastinum, quid
 manducetis &c.* Scio ego hæc ipsa
 solliciti Patris nostri verba esse, sed &
 scio, quo sensu ea protulerit: eo ni-
 mirum, quem Glossa interlinearis in-
 sinuat: *non labor, & providentia
 prudens damnatur, sed sollicitudo suf-
 focans.* Immodica videlicet, qua-
 lis multorum est; qui affectu nimio
 temporalium abrepti, totâ hebdo-
 madâ sollicitudinibus pleni laborant,
 imò vix festis & Dominicis diebus
 sacro audiendo semi-horam inveni-
 unt, vix hebdomadâ Sanctâ, aut sa-

cro Paschæ die tempusculum, con-
 fessioni & communioni aptum.
 Ejusmodi, quia nimia, dissuadet
 Christus, non verò moderatam cu-
 ram temporalium. Joco-ferio me-
 moratum Christi monitum: *nolite
 solliciti esse in crastinum*, Libello 100.
 historiarum, pulchrè explicuit rei-
 psâ Regi Lusitanæ pauper, sed exi-
 mius Theologiæ studiosus, cui
 postquam die Jovis sancto cum alijs
 Pauperibus Rex pedes abluisset, &
 omnes unâ frugali mensâ refecisset,
 notavit dictum Theologum sollicitâ
 curâ mensæ reliquias vasi testaceo
 coacervantem, quod notans Rex
 sciscitatur: cui rei studeret? cùmque
 studiosus reponeret: se Theologiæ
 dare operam, admirabundus Rex
 ait: parum videris Theogiam in-
 telligere: ignorare videris illud Scri-
 pturæ: *Nolite solliciti esse in crastinum.*
 Cui facetè studiosus: quin, inquit
 Serenissime Rex bellissimè intelligo,
 nam ob id ipsum, nè cras curam ul-
 lam habeam, hodie sollicitè mihi
 provideo. Nimirum *non labor, &*
*providentia prudens damnatur, sed
 sollicitudo suffocans.*

Plerumque simplices scrupulo
 anguntur, sequè toties peccare ar-
 bitrantur, quoties irascuntur; sed
 enim moderata & justaria non pec-
 catum, quin imò virtus est; & cre-
 berrimè in Scripturis ipsum DEum
 iratum fuisse legitur. Sed virtus in
 medio. *Irascinimi & nolite peccare*
 hortatur DEus per Psalmistam psal.
 4. v. 5. si Pater aut Mater irascaris
 quandoque prolibus male feriatis,

§ 7.
*Irascinon
 eit temper
 peccatum.*

si Domi-

Si Dominus, aut Domina subditis & servis, dum officium suum perpetram agere, vitam Christiano hominem indignam eos ducere animadvertis &c. virtus est sic irasci. quod si in furiam sic agâre, ut fremas dentibus, eellas crines, spumes ore &c. fulmina & tonitrua cieas, tot Sacra menta, quot in nullo catechismo reperire est, agglomeris; si itârascaris, ut proli, marito, subdito, totâ non loquaris hebdomadâ, per dius & pernox speculeris, qualiter vindictam sumas, hoc enim verò hoc peccatum est, non virtus, sed vitium. *Omne nimium vertitur in vitium.*

Virtus est correptio fraterna, quam svadet Scriptura, & ad quam quandoque sub peccato obligamur: *unicuique enim mandavit de proximo suo.* Ecclesiastici capite 17. v. 12. Proxima marito uxor, uxori maritus est; hunc si quandoque sapiens mulier reprehendat, *fortis*, id est *virtuosa* nomen meretur, hoc tamen pacto, ut *medium*, ut discretionem, ut temporis opportunitatem observet.

§ 8.
Uxor exemplo A-
bigailis maritum
reprehendat.
Sic medium servavit Abigail 1.
Reg. 25. Intellexerat hæc ab uno de pueris suis: *Ecce David misit nuntios de deserto, ut benedicerent Domino nostro (Nabal is erat, stultus juxta*

nomen suum) Et adversatus est eos Eccl. quam obrem considera Et recognita quid facias: quoniam completa est malitia adversus virum tuum, Et adversus Domum tuam, Et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. Festinauit igitur Abigail, Et tulit ducentos panes Eccl. Cum autem vidisset Abigail David, festinauit Et descendit de asino, Et procidit coram David super faciem suam. Et panum vini que oblatione placavit David. Quo feliciter peracto venit Abigail ad Nabal: Ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium Regis, Et cor Nabal jucundum: erat enim ebrius nimis. O quantâ furiâ imprudens aliqua mulier maritum talem increpâset! sed quid Abigail sapiens, non indicavit ei verbum pusillum, aut grande usque manè, inquit Scriptura v. 36. Medium tenuit, discreta fuit, temporis opportunitatem praestolans. Diluculo autem, cum digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba hæc, notate quâm fructuosè: emortuum est cor ejus intrinsecus Et factus est quasi lapis. Sic sic observato medio reprehendant uxores quandoque maritos, sed medio, discretione, opportunitate servata, ne importuna reprehensio discordiarum sit seminarium, & pro verbis reprehensorijs reportentur verbæ. Virtus denique est severitas parentum in filios & filias; & svadet hanc Scriptura Prov. 23. *Tu virgâ percuties eum, Et animam illius de in-*

Bb

ferno

PROBLEMA XXXIII.

freno liberabis. Sed virtus in medio, moderata & discreta sit oportet correctio. In camo & fræno maxillas eorum constringe monet Psal. 31. v. 9. Hebræus: in flagello & fræno. Flagellum severitatem, frænum moderationem significant. Annuè exundans Nilus Ægyptum rigat, justum in crementum cubitorum 16. est plus aut æquo minus nocet inquit Plinius

L. 5. c. 9. Severitas instar fructiferi Nili est, sed moderata sit, est necesse.

Angusta porta est, quæ dicit ad vitam, & ille hanc ingreditur, qui in cunctis, quæ agit, discretionis subtilitate propter hanc sollicitè coardatur Basilius M. Lib. de Virginitate. Verbo: de quo verificatur, quod dicitur de Christo: in venerunt illum in me- dio. &c.



PRO-